

Ipsa etiam; humane anime mentem dedit. ut ratio et intellectus
in infante sopita est quodammodo quasi nulla sit occulta scilicet
atque serena etatis accessu. qua scilicet scientia capax. atque
docetur. et habilis perceptioni ueritatis. et amoris boni
qua capacitate hauriat sapientiam uirtutibusque sit praedita quibus
prudens. fortis. temperans. et iuste aduersus errores et cetera in
generata uita dimicet. eaque nulli rei desiderio nisi boni uel
uulsi summi atque immutabilis uincat. quod nisi non faciat ipsa talium
bonorum capacitas in natura rationali diuinitus instituta. quantum
sit boni. quam mirabile opus omnipotentis. quibus competentem esset aut
cogitat. potest enim artes bene uiuendi. et ad immortalitatem perueni
endi felicitatem. quae uirtutes uocantur. et sola dei gratia quam in christo est
liberis promissionis regnumque donant. nonne humano ingenio tot tantaeque
artes sunt in uentibus et exercite partim uoluptarie ut tam ex
cellens uis mentis atque rationis. in his et rebus quas superfluas im
mo et periculosas pernitiosasque appetit quantum bonum habeat in na
tura. unde uita potest inuenire. et discere. et exercere testatur uel
templa et edificiorum ad opera quam mirabilia quam stupenda indus
tria humana peruenit. quae in agricultura. quae in nauigatione profice
rit. quae in fabricatione quaeque uasorum. et aedificiorum. et picturarum
uarietate excogitauerit et impleuerit. quae in theatris mi
rabilia peccantibus. audientibus incredibilia. facienda et exhi
benda molita sit. incipiendis. et occidendis. domandis. et iratio
nabilibus animalibus quae et quae reppererit ad uisus ipsos homi
nes tot uenenorum. tot armorum. tot machinationum. et pro salute
mortali tuenda atque reparanda. quae medicamina atque uinum
ta comprehendit pro uoluptate fauorem. quae et diuitia et gule
irritamenta reppererit. ad inducendas et suadendas cogita
tiones quam multitudinem uarietatemque signorum ubi praecipuum
locum uerba et litterae tenent ad delectandos animos. quae
elocutionis ornat. quam diuinitus carminum copiam ad mulcen
das aures. quae organa musica. quae cantilene modos excogi

tauerit. quanta per dimensionum atque numero meatuum: yor
dini siderum. quanta sagacitate comprehendere. quanta mul
ta rerum mundanarum cognitione se impleuerit. quanta possit
eloqui. maxime si uel in aceruatum cuncta ygeret. y in
singulis immorari. ut in his postremo erroribus y falsitatibus de
fendendis. quanta magna claruerint ingenia philosophorum atque
hereticorum. quanta altumare iustitiam. Loquimur enim de natura
mentis humane. qua ista uita mortalis ornat. non de fide atque
tenere ueritatis. qua illa immortalis adquiret huius tante
nature conditor. cum sit utique deus ueritatis y summus ipso cuncta que
fecit administrante. y summam potestate summamque habente
iustitiam. nunquam profecto in has miseras decidisset. atque pro
eas solos que libabunt in eternas esse itura. non minus quidem pec
catum in homine primo. de quo ceteri erroris successisset. la uero in
ipso corpore quoniam nobis sit cum beluis mortalitate comu
ne. multasque earum reperiatur infirmitates quanta diuinitas. quanta p
uidencia. tanti creatoris apparet. Nonne uas in eo loca
sensuum y cetera membra disposita. speciesque ipsa ac figura
y statura totius corporis ita modificata. ut ad ministerium
anime rationalis se indicet factum. non enim ut animalia ra
tionis ceptia propterea esse uidemus in terram. ita creatus est homo.
sed erecta in celum corporis forma. ammonet eum que sursum
sapere. Porro mira mobilitas que lingue ac manibus at
tributa eadem loquendum. y scribendum apta atque eueniens. y ad
opa artium plurimarum officiorumque complenda nonne satis ostendit.
quali anime ut seruiret tale sit corpus ad iunctum. quantaque
y detentis necessitatibus operandi. ita omnium partium congruentia
numerosa sit. y pulchra paritate respondeat. ut nescias
utrum in eo condendo maior sit utilitas habitatio. quam de
coris. Certe enim nihil creatum uidemus in corpore utilitatis causa quod
non habeat y decoris locum. pro autem nobis id apparet si numeros
mensurarum que sunt se cuncta conexa sunt. y eo eo apta nossemus.
quanta forsitan data opera in his que sunt emittit humana posse

sciunt quippe omnia uita per sapientie doctrinam. alii per sapien-
tiam pessima uitam. ita et obliuiones malorum dicitur. alii ea namque ob-
liuiscunt eruditius et doctius alii experientius et passus. ille si peritiam negli-
gat. iste si miseria carcat. Secundum hanc obliuionem quam posteriore
loco posui. non erunt memores sancti peccatorum malorum. Carebunt enim omnibus
ita ut penitus deleantur defensionibus eorum. ea tamen potentia scientiaque
magna in eis erit. ut non solum sua peccata. sed et damnatorum eos semper
na miseria non lateat. alioquin si se fuisse miseros nesciunt. si quomodo
sic ait psalmus miseris domini in eternum cantabo. Quo cantico in gloria gratie
et cuius sanguine libauit sum. nichil profecto illi iocundum uidebitur. Ibi
proficere de cantu. vacate. uideat quomodo ego sum deus. et erit uere maxi-
mum sabbatum. non habens uespam. et commendauit dominus in primis operibus
mundi. uel legitur et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis que fe-
cit. et benedixit deus die septimo. et sanctificauit eum. quia in eo requieuit
ab omnibus operibus suis. que et inchoauit deus facere. Dies enim septimus
et nos ipsi erimus. quando eius fuerimus benedictione et sanctificatione
pleni atque perfecti. ibi uacantes uidebimus quomodo ipse est deus. et nobis nos
ipsi esse uolumus. quando ab illo cecidimus. audientes a seductore
ertus sine deo. et recedentes a uero deo qui faciente deo essemus et participa-
tione non desertione. Quid enim sine illo fecimus. nisi quod in ira eius defecimus. atque
refectu et gratia maiore perfecti uacabimus in eternum. uidentes quia ipse est
deus. qui pleni erimus. quando ipse erit omnia in omnibus. nam et ipsa opera bona
nra quando ipsi potius intelligunt esse quam nra. et nobis ad hoc sabbatum
ad ipsecedam imputantur. quod si nobis ea tribuerimus seruilia erit. cum
desabbato dicat. omne opus seruale non facietis in eo. propter quod et per ezechielem
prophetam dicitur. sabbata mea dedi eis in signum uirtutis meae et uirtutis eorum. ut sci-
rent quia ego dominus qui sanctifico eos. hoc perfecte et sciunt. quando perfecte uaca-
bimus. et perfecta uidebimus. quia ipse deus. ipse et numerus et statum ueluti die
rum. si secundum eos articulos temporis computetur. qui scripturis uidentur ex-
pressi. iste sabbatismus euidenter apparebit. quomodo septimum uenit. Ut
prima etas tamquam prima dies sit ab adam usque ad diluuium. scilicet inde usque
ad abraham non equalitate temporis. sed numero generationum. dena quippe habere